Universitätsbibliothek Paderborn

# Notwendige Vertheidigung/ Des heiligen Römischen Reichs Evangelischer ChurFürsten vnd Ständte AugApffels

Hoë von Hoënegg, Matthias

[S.l.], [ca. 1629]

Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari August. in Comitijs Augustæ, Anno M. D. XXX. Fraefatio Ad Cæsarem Carolum V. / An K. Carl V. Confessio Oder Bekäntniß des Glaubens etlicher ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-34277

Visual Library

# CONFESSIO FIDEI EXHIbita Invictiſs. Imp. Carolo V. Cæſari Auguſt. in Comitijs Auguſtæ,

## Anno M. D. XXX.

## PRÆFATIO AD CÆSAREM Carolum V.

*INvictiſſime Imperator, Cæſar Auguſte, Domine, clementiſſime, cùm V. C. M. indixerit conventum Imperij Auguſtæ, ut deliberetur de auxiliis contra Turcam, atrociſſimum, hæreditarium, atque veterem Chriſtiani nominis ac religionis hoſtem, quomodo illius ſcilicet furori & conatibus, durabili & perpetuo belli apparatu reſiſti poſſit. Deinde & de diſſenſionibus in cauſa noſtræ ſanctæ religionis & Chriſtianæ fidei, & ut in hac cauſa religionis, partium opiniones, ac ſententiæ inter ſeſe, in caritate, lenitate & manſuetudine mutua audiantur coram, intelligantur & ponderentur, ut illis, quæ utrinque in ſcripturis ſecus tractata aut intellecta ſunt, ſepoſitis & correctis, res illæ ad unam ſimplicem veritatem & Chriſtianam concordiam componantur & reducantur, ut de cætero à nobis una, ſincera & ve-*

*ra re-*

# CONFESSIO
Oder
## Bekäntniß des Glaubens etlicher Für‍ſten vnd Städte / vberantwortet Keyſerlicher Majeſtät zu Augſpurg. An. 1530.

### Vorrede.

Aller Durchleuchtigſter / Großmächtigſter / vnvberwindlichſter Keyſer / Allergnedigſter Herr / als E. K. May. kurtz vorſchiener zeit einen gemeinen Reichstag allhier gen Augſpurg gnediglichen außgeſchrieben / mit anzeig vnd ernſtem begehr / von Sachen / vnſern vnd des Chriſtlichen Nahmens Erbfeind / den Türcken betreffend / vnd wie demſelben mit beharrlicher Hülffe ſtattlichen widerſtanden / auch wie der Zwiſpalten halben / in dem heiligen Glauben / vnd der Chriſtlichen Religion gehandelt möge werden / zu rathſchlagen vnd Fleiß an zukehren / alle eines jeglichen gutbedüncken / Opinion vnd Meynung zwiſchen vns ſelbſt in Lieb vnd Gütigkeit zu hören / zu erſehen vnd zu erwegen / vnd dieſelben zu einer einigen Chriſtlichen Warheit zubringen vnd zu vergleichen / alles ſo zu beyden theilen nicht recht außgelegt oder gehandelt were / abzuthun / vnd durch vns alle

ra religio colatur, & ſervetur, ut quemadmodum ſub uno Chriſto ſumus & militamus: ita in una etiam Eccleſia Chriſtiana, in unitate & concordia vivere poſſimus.

Cumq; nos infrà ſcripti Elector & Princeps, cum aliis, qui nobis coniuncti ſunt, perinde ut alij Electores & Principes & Status ad prædicta Comitia evocati ſumus, ut Cæſareo mandato obedienter obſequeremur, maturè venimus Auguſtam Et quod citra jactantiam dictum volumus, inter primos affuimus.

Cum igitur V. C. M. Electoribus, Principibus & alijs Statibus Imperij, etiam hic Auguſtæ ſub ipſa initia horum Comitiorum inter cætera proponi fecerit, quod ſinguli Status Imperij, vigore Cæſarei edicti, ſuam opinionem & ſententiam in Germanica & Latina lingva proponere debeant atque offerre. Et habita deliberatione proxima feria quarta, rurſum reſpponſum eſt V. C. M. nos proxima feria ſexta Articulos noſtræ Confeſſionis pro noſtra parte oblaturos eſſe. Ideò ut V. M. voluntati obſequamur, offerimus in hac religionis cauſa noſtrorum Concionatorum, & noſtram confeſſionem, cuiuſmodi doctrinam ex ſcripturis ſanctis, & pu-

alle/ ein einige vnd wahre Religion anzunemen vnd zuhalten. Vnd wie wir alle vnter einem Chriſto ſind vnd ſtreiten/ alſo auch alle in einer Gemeinſchafft/ Kirchen vnd Einigkeit zu leben. Vnd wir die vnten benandten ChurFürſten vnd Fürſten/ ſampt vnſern Verwandten gleich andern Churfürſten/Fürſten vnd Ständen darzu erfordert/ ſo haben wir vns darauff dermaſſen erhaben/ daß wir ſonder Ruhm mit den erſten hieher kommen.

Vnd als denn auch E. K. M. zu vnterthänigſten Volgthuung/berürts E.K.M. Außſchreibens/vnd demſelbigen gemeß/dieſer Sachen halben/ den Glauben berürend/an Churfürſten/ Fürſten vnd Ständen in gemein/ gnediglichen/ auch mit höchſtem Fleiß vnd ernſtlich begert/ daß ein jeglicher/ vermöge vorgemelts E.K.M. Ausſchreibens/ſein gutbedüncken/ Opinion vnd Meynung derſelbigen Irrungen/Zwiſpalten vnd Mißbrauch halben/ꝛc. zu Deutſch vnd Latein/ in Schrifft ſtellen vnd vberantworten ſolten. Darauff denn/nach genommenen bedacht/vnd gehaltenem Rath/ E. K. M. an vorgangener Mitwochen iſt fürgetragen worden/ als wolten wir auff vnſerm Theil/daß vnſer/vermöge E.K.M. fürtrags/ in Deutſch vnd Latein auff heut Freytag vbergeben

geben

*& puro verbo Dei, hactenus illi in noſtris terris, ducatibus, ditionibus & urbibus tradiderint, ac in Eccleſiis tractaverint.*

*Quod ſi & cæteri, Electores, Principes & Status Imperij, ſimilibus ſcriptis, Latinis ſcilicet & Germanicis, juxta prædictam Cæſaream propoſitionem, ſuas opiniones in hac cauſa religionis produxerint, hic nos coram V. C. M. tanquam Domino noſtro clementiſſimo, paratos offerimus, nos cum præfatis Principibus & amicis noſtris, de tolerabilibus modis ac viis amicè conferre, ut, quantum honeſtè fieri poteſt, conveniamus, & re inter nos partes, citra odioſam contentionem, pacificè agitata, Deo dante, diſſenſio dirimatur, & ad unam veram concordem religionem reducatur, ſicut omnes ſub uno Chriſto ſumus, & militamus, & unum Chriſtum confiteri debemus, juxta tenorem Edicti V. C. M. & omnia ad veritatem Dei perducantur, id quod ardentiſſimis votis à Deo petimus.*

Si

geben. Hierumb/ und E. K. M. zu unterthänigſtem gehorſam uberreichen und ubergeben wir unſer Pfarrherren / Prediger / und jhrer Lehren / auch unſers Glaubens Bekändniß/ was und welcher geſtalt ſie aus Grunde Göttlicher heiliger Schrifft unſern Landen/Fürſtenthumen / Herrſchafften/ Städten und Gebieten/predigen /leren/halten und unterricht thun. Und ſind gegen E. K. M. unſerm allergnedigſten Herrn/ wir in aller Unterthenigkeit erbötig / ſo die andern Churfürſten / Fürſten und Stände / dergleichen gezwifachte ſchrifftliche Ubergebunge jrer Meynung und Opinion in Latein und Deutſch jetzt auch thun werden/daß wir uns mit jhren Liebden/und jhnen/gern von bequemen gleichmeſſigen Wegen unterreden/ und derſelbigen / ſo viel der gleichheit nach jmmer müglich / vereinigen wollen / damit unſer beyderſeyts/alß Parten/ſchrifftlich fürbringen und Gebrechen zwiſchen uns ſelbſt/in Lieb und Gütigkeit/ gehandelt/ und dieſelben Zwieſpalten / in einer einigen wahren Religion/ wie wir alle unter einem CHRJſto ſeind und ſtreiten/ und Chriſtum bekennen ſollen / alles nach laut offtgemeltes E. K. M. ausſchreibens/und nach Göttlicher Warheit geführt mögen werden. Als wir denn auch Gott dem Allmächtigen

mit

*Si autem, quod ad cæteros Electores, Principes & Status, ut partem alteram attinet, hæc tractatio cauſæ Religionis, eo modo, quo V. C. M. agendam & tractandam ſapienter duxit, ſcilicet, cum tali mutua præſentatione ſcriptorum ac ſedata collatione, inter nos non proceſſerit, nec aliquo fructu facta fuerit nos quidem teſtatum clarè relinquimus, hîc nihil nos, quod ad Chriſtianam concordiam (quæ cum Deo & bona conſcientia fieri poſſit) conciliandam conducere queat, ullo modo detrectare. Quemadmodum & V. C. M. deinde & cæteri Electores, & Status Imperij, & omnes, quicunque ſincero religionis amore ac ſtudio tenentur, quicunque hanc cauſam æquo animo audituri ſunt, ex noſtra & noſtrorum confeſſione hoc clementer cognoſcere & intelligere dignabuntur.*

*Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus & reliquis Statibus Imperij non una vice, ſed ſæpe clementer ſignificaverit, & in Comitiis Spirenſibus, quæ Anno Domini &c. XXVI. habita ſunt, ex data & præſcripta forma veſtræ Cæſareæ inſtructionis & commiſſionis recitari, & publicè prælegi fecerit: Veſtram M. in hoc negocio religionis ex cauſis certis, quæ V. M. nomine allegatæ ſunt, non velle quicquam determinare, nec concludere poſſe, ſed apud Pontificem Romanum, pro officio V. C. M. diligenter daturam operam de congregando con-*

mit höchſter Demuth anruffen vnd bitten wollen/ ſein Göttliche Gnade darzu zu verleihen/ Amen.

Wo aber bey vnſern Herren/ Freunden/ vñ beſondern den ChurFürſten/ Fürſten vnnd Ständten des andern theils/ die Handlung dermaſſen/ wie E. K. M. Außſchreiben vermag/ vnter vns ſelbſt in Lieb vnd Gütigkeit/ bequeme Handlung nicht verfahen/ noch erſprießlich ſeyn wolt/ als doch an vns in keinem/ das mit Gott vnd Gewiſſen/ zu Chriſtlicher einigkeit dienſtlich ſeyn kan oder mag/ erwinden ſoll/ wie E. K. M. auch gemelte vnſere Freunde die ChurFürſten/ Stände/ vnd ein jeder Liebhaber Chriſtlicher Religion/ dem dieſe Sachen fürkommen/ auß nachfolgenden/ vnſer vnd der vnſern Bekentniſſen/ gnediglich/ freundlich vnd gnungſam werden zuvernemen haben.

Nach dem denn E. K. M. vormals/ Churfürſten/ Fürſten vnnd Ständen des Reichs gnädiglichen zu verſtehen geben/ vnnd ſonderlich/ durch ein öffentliche vorleſene Inſtruction/ auff dem Reichstage/ ſo im Jahr der mindern Zahl 26. zu Speyer gehalten/ daß E. K. M. in Sachen vnſern heiligen Glauben belangend/ zu ſchlieſſen laſſen/ auß Vrſachen/ ſo dabey gemeldet/ nicht gemeynet/ ſondern bey dem Papſt vmb ein Concilium fleiſſigen vnd Anhaltung thun woltē/ vnd für einem Jahr auff dem letzten Reichs-

citio generali. Quemadmodum idem latius expoſitum eſt ante annum in publico proximo conventu, qui Spiræ congregatus fuit Vbi V. C.M. per Dominum Ferdinandum Bohemiæ & Vngariæ Regem, amicum & Dominum clementem noſtrum: Deinde per Oratorem, & Commiſſarios Cæſareos, hæc inter cætera proponi fecit, quod V. C. M intellexiſſet, & expendiſſet Locum tenentis V. C. M. in imperio, & Præſidentis & Conſiliariorum in Regimine, & Legatorum ab alijs Statibus, qui Ratiſponæ convenerant, deliberationem de Concilio congregando. Et quod judicaret etiam V. C. M. utile eſſe, ut congregaretur Concilium; & quia cauſæ, quæ tum tractabantur inter V. C. M. & Rom. Pontificem, vicinæ eſſent concordiæ & Chriſtianæ reconciliationi, non dubitaret V. C. M. quin Roman. Pontifex adduci poſſet ad habendum generale Concilium. Ideo ſignificabat ſe V. C. M. operam daturam, ut præfatus Pontif. Maximus unà cum V. C. M. tale generale Concilium, primo quoq; tempore emiſſis literis publicandum congregare conſentiret.

In eventum ergò talem, quod in cauſa religionis diſſenſiones inter nos & partes amicè & in caritate non fuerint compoſitæ, tunc coram V. C. M. hîc in omni obedientia nos offerimus, ex ſuper abundanti comparituros in tali generali, libero & Chri-

ſtiano

tag zu Speyer / vermöge einer ſchrifftlichen Inſtruction Churfürſtẽ / Fürſten vnd Ständen des Reichs / durch E. K. M. Stadthalter im Reich / Königliche W. zu Hungern vñ Böhmen / ꝛc. ſampt E. K. M. Oratorn vnnd verordneten Commiſſarien diß vnder andern haben fürtragen vnnd anzeigen laſſen / daß E. K. M. derſelbigen Stadhalter / Amptsverwalter vnd Räthen / des Keyſerl. Regiments / auch der abweſenden Churfürſten / Fürſten vnd Ständen Botſchafften / ſo auff dem außgeſchrieben Reichstag zu Regenſpurg verſamlet geweſen / gutbedüncken das General Concilium belangent / nachgedacht / vnnd ſolches anzuſetzen auch für fruchtbar erkandt. Vnnd weil ſich aber dieſe Sachen zwiſchen E. K. M. vnd dem Papſt zu gutem Chriſtlichen Verſtandt ſchicken / daß ewere Key. Maj. gewiß wer / daß durch den Papſt ſolch General Concilium neben Ewer Key. Maj. zum erſten außzuſchreiben bewilligen / vnnd daran kein Mangel erſcheinen ſolt.

**So erbieten gegen E. K. M. wir vns hiemit in aller Vnterthänigkeit / vnd zum Vberfluß in berührtem Fall / ferner auff ein ſolch gemein / frey Chriſtlich Concilium / darauff auff allen Reichstägen / ſo E. K. M. bey jhrer Regierung**

*ſtiano Concilio, de quo congregando in omnibus Comitiis Imperialibus, quæ quidem annis Imperij V.C.M. habita ſunt per Electores, Principes, & reliquos Status Imperij, ſemper concorditer actum, & congruentibus ſuffragijs concluſum eſt. Ad cuius etiam generalis Concilij conventum, ſimul & ad V.C.M. in hac longè maxima & graviſſima cauſa jam ante etiam debito modo & in forma Iuris provocavimus, & appellavimus. Cui appellationi ad V.C.M. ſimul & Concilium adhuc adhæremus, neque eam per hunc vel alium tractatum (niſi cauſa inter nos & partes, juxta tenorē Cæſareæ proximæ Citationis amicè in charitate compoſita, ſedata, & ad Chriſtianam concordiam reducta fuerit) deſerere intendimus aut poſſumus, De quo hîc etiam ſolenniter & publicè proteſtamur.*

# ARTICULI FIDEI PRÆCIPUI.

## I.

ECcleſiæ magno conſenſu apud nos docent, Decretum Nicenæ Synodi, de unitate eſſentię divinæ, & de tribus perſonis, verum & ſine ulla dubitatione credendum eſſe. Videlicet, quod ſit una eſſentia divina, quæ & appellatur & eſt Deus, æternus,